

dixerit saracenis. quod paradysum intrantes mulieres pulcerimas inuenirent ad eorum libitum quotquot uolent ac inuenirent flumina que in uino/ lacte melle & aqua diuisim in ubertate discurerent dabat intelligere saracenis quod paradysus esset ille quod credebant firmiter in quo[d] uiridarium nullus intrabat nisi quem ueglus uolebat fieri satelitem & sassinum in introitu erat quidem quoddam castrum fortissimum qui ueglus mitebat istos satellites ad multa(?) mala(?) commitendo qui faciebat gentes simplices credere quod esset propheta & uere credebant(?) & sic promitebat eis paradysum si uelent occidere aliquos magnates & sic multos fecit occidi. quare quam plures reges ei redebant tributum & hoc erat quia gentes tunc non erant in unitate dominij set diuise cordibus & uoluntatibus/ set cum vlau frater magni canis sibi totum orientalem dominium subiugauit dictus vlau intelgens execrabilia selera que iste ueglus tam nequiter comitebant proposuit ipsum destruere/ & congregauit gentem magnam & transmisit ad istud castrum uegli & obsessum fuit bene iij anis priusquam captum fuisset set finaliter uictus defecit & sic captus ueglus fuit(?) & interfectus con gente sua. |

cum ab isto castro disceditur |

12^o **C**um ab isto castro disceditur equitatur per pulcram planiciem & uales & colles & durat ista contrata bene circa vj dietas & in ea sunt ciuitates & castra & homines legem macometi obseruant inuenitur etiam quedam ciuitas nomine Sapurgan que est magne habundancie omnium rerum & sunt in ea uenationes bestiarum & aucupaciones auium & multa alia/

Balch est quedam ciuitas nobilis & magna set iam fuit nobilior & maior. set tartari ei dapnum multociens inferrentes ea[m] nequiter deuastarunt & iam fuerunt in ea multa palatia marmorea & aule & adhuc ibi sunt set destructa & deuastata. in hac quidem ciuitate Alexander filiam regis darij in uxorem accepit qui legem macometi obseruant ista ciuitas cum persya cumfinat nam cum homo discedit a ciuitate superius nominata equitat bene per dietas xij inter leuantem & grecum in quibus nullam habitationem inuenit quia gentes affugerant ad montes & fortilicias propter timorem malarum gentium & hostium qui continue per contratam excurentes eis dapnum & iacturam multociens inferrebant sunt in ea aque multe & uenationes quam plures sunt & ibi leones uictualia non inuenitur in omnibus istis dietis* set oportet ut transeuntes per partem illam pro se & equis suis uictualia secum portent/

legem macometi obseruant

Cum uero itum est istis dietis xij inuenitur quoddam castrum nomine Taychan in quo forum bladi optimum reperitur. nam in ualde pulcra patria est firmatum. montes eius uersus meridiem sunt magni quorum aliqui in

* istis/xij/dietis—the xij is apparently cancelled. At the foot of this page these words from the preceding page are written like catch-words: *interfectus cum gente sua & hoc fecit*. The last three words are not in the present text; but *& hoc facit* come at the top of fol. 13^o.